



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

33. Loca qualiter probentur esse de Diœcesi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

Clausule, ut & quod dari non possit de sub & obreptione, frivolas tantum exceptiones collunt, non vero quæ in Jure sum fundatæ, Farinac. dec. 461. part. 1. Inde que est quod dolosus aut enormiter iæsis, tales clausule non habeant suffragari. l. m. fundatæ dæri vend. l. qui sub prætextu C. desatror. Eccl. Farin. d. decif. 461. n. 3.

## QUÆSTIO XXXII.

Ecclesia quando dicatur esse de mensa Monasterii.

## SUM MARIUM.

1. Ecclesia unica Monasterio annexa censemur; quando sita est intra Monasterium, seu dominium, seu territorium.
  2. Si quando percepintur Decimæ.
  3. Aut ex presentatione Vicariorum.
  4. Aut ex subitione onerum.
  5. De Jure prohibitum non est Monasteriis, habere Ecclesiæ etiam parochiales.
- Frequenter sunt in Monasteriis exempla, quæ Ecclesiæ habent annexas, seu de coram mensa, dubitatur itaque, unde ejusmodi Ecclesiæ de Monasteriorum mensa esse colligantur? colligitur id multis ex signis. Primo, si Ecclesiæ sint intra territorium sive Dominium Monasterii. Gloss. & DD. cap. de Monachis de probendis Rod. decif. 15 de Jure Patr. in Antiq. Far. decif. 204. part. 2. Secundo ex perceptione decimarum, quæ de Jure debentur Ecclesiæ Parochiali. cap. cum contingat de decimis. Card. Clem. n. 10. quest. 9. de offic. Vicarii Far. d. dec. 204. num. 1.
- Tertio ex presentatione Vicariorum: inde enim principalis curapenes Abbatem residere presumitur, Vital. in Clem. l. n. 7. de offic. Vic. c. 1. de Capell. Monach. Fel. 3 cap. ex parte 2. n. 1. de Rescript.
- Quarto, ex subitione onerum. Glo. Clem. unica verb. ad mensam ubi DD. de excesso. Prelat. Rebuff de congr. Poet. n. 134. Neque obstat, si Episcopus talium Ecclesiærum 4 Rectores soleat instituere: propria enim ea non est institutio, sed est autorisabilis institutio, quæ in Ecclesiæ de mensa Monasterio spectat ad Episcopum, c. 1. & ibid. gl. verb. presentetur simul iunctu de Capell. Monach. Far. d. decif. 204. n. 6. ut proinde ex signis Ecclesia debeat censeri subiecta & annexa Monasterio. Card. Clem. q. 1. in pr. de Jure patr. Far. d. dec. 204. num. 5. Praesertim quod de Jure prohibitum non sit Monasteriis habere Ecclesiæ etiam Parochiales curam animarum habentes, c. 1. de Monach. Abb. d. c. 1. n. 1. & 6. de cap. Monach. Far. d. dec. 204. n. 8. de qua quæstione, video etiam quæ hac eadem parte lupra scripti qm. 18. & 32-33.

## QUÆSTIO XXXIII.

Loca qualiter prohibentur esse de Diœcesi.

## SUM MARIUM.

1. Eodem modo probatur locus esse de Diœcesi, 3. Instrumentalis probatio, posterior testibus quo jurisdictionis fides soleat probari.
2. Instrumentum antiquissimum credendum est.
3. Prescriptione probatur locus esse de Diœcesi.
4. Non

**N**on est ab hoc jurisdictionis Episcopalis tractatu aliena hæc questio, per quam non raro in controversiam revocatur, num locus quispam hujus sit vel alius non Diœcesis; paucis itaque animadvertendum, si idem modis probari locum quempiam esse Diœcesis, quibus & Jurisdictionis fides solet comprobari, laicis Card. Tuschus in commun. conclusionib. verb. Jurisdiction. Hæc & solet probari per instrumen- ta antiqua, quibus ob venerandam antiquitatem credendum est. Cavalcas. conf. 90. n. 5. Hier. de Monte Tract. finium Regundorum c. 1. 63. n. 5. Bald. conf. 286. n. 2. lib. 2. art. 1. conf. 42. n. 10. Natta conf. 632. n. 16. Farin. dec. 266. part. 2. Præteres, antiquæ tentantia que licet inter alias latæ sint, tamen fidem adferunt non mediocriter admini- lantem. Alex. conf. 190. n. 16. lib. 2. Aymo de antiquis temporum part. 1. §. propositum n. 19. Farinac. d. decif. 266. n. 1. part. 2. præfertim quod instrumentalis probatio, longe paralangis excedat probationem factam per testes. glo. c. tertio loco de testibus. Ed. 3 cum causam n. 5. de probat. Far. d. decif. 276. num. 7. instrumentis enim lux indubitus veritatis adiicit. Bal. conf. 109. in pr. lib. 4.

Denique præscriptio annorum 40. cap. de quam a. c. ad aures de prescripe. c. i. a. beneficio de preb. in 6. Sed cum requisitis ad eam complendam de quibus Doctor in c. 1. de Prescrip. in 6. idque in favorem Episcopi, cuius Jurisdictionis est favorabilis, secus porro si contra Episcopum quispam inferior prætenderet se Jurisdictionem præscripisse, ut liquet ex traditis Docttorum, Philipp. Franc. in cap. cum persona Privil. in 6. & iis, quæ sūmus also in loco ostendi quesit. 28.

### Q V E S T I O     XXXIV.

[Una Ecclesia quæ ratione dismembratur ab alia, & quibus ex causis, 1. Solennitas eadem requiriur in dismem- 2. Causæ in dismembratione quæ?

**D**ubium non est, quin per dismembrationem Ecclesia separetur ab alia, arque ab eius superioritate eximatur. Sed quæstio hic insurge, quæ requirantur ad validitatem dismembrationis alicuius Ecclesiarum. Duo autem potissimum hoc in articulo requiruntur, scilicet solemnitas, & justa causa. Solemnitas in eo consistit, ut ea interveniant, quæ in rerum Ecclesiasticarum alienatione requiruntur. Fran. cap. 1. de reb. Eccles. non athen. 6. Rota decif. 1. eod. tit. Farinac. dec. 348. part. 2. in Novis, nimurum consensu ejusdem quem spectat Ecclesia, à quæ sit dismembratio. Farinac. decif. 288. n. 4. part. 2. ejus inquam, non vero Vicarii perpetui Ecclesiarum. Abb. cap. extirpanda §. qui vero n. 15. de preb. cap. ad audienciam 1. ubi DD. de Ecclesiæ edificandis cum autoritate Episcopi, non vero inferioris. Fuscus de visitat. lib. 1. c. 20. n. 16. §. 17. Farinac. dec. 348. n. 2. part. 2. Et idem Farinac. Decif. 316. n. 4. part. 2. ubi latè. Causæ vero Justitia consistit non in sola abundantia populi. Conc. Tridentinum. siff.